

Plurimum.

Non leve temporis momentum elapsum est, Vir Nobilissime, ex quo  
 mihi in Germaniâ hospitanti, et inter otia exilij  
 otio tuo amantissimo amabilissimog, meipsum oblectant  
 nomen Constantini Hulgenij innotuit; quumve desi-  
 devio teneres hâc invisere loca, ut Reges illor. ac perse-  
 tuos literarum humaniorum dictatores, coram viderem,  
 venerares, adorarem; atq. si omninè fieri possit, quamvis  
 Numina timidiusculè accedere solemus, in notitiam me  
 illorum Verecundè insinuasem. Unus tu adhuc resta-  
 bas Vir Nobiliss. post illor. quor. mihi conciliaveram;  
 proxeneta et paraxinum quâsivi, talemq. inveni quo  
 vix mihi optatos, tibi vè gratios contingere potuisset.  
 Accessi itaq. Domum tuam, animo morem gessi, yeno revo-  
 luntati satisfeci. Inmundissima memoratu est mihi tua illa  
 humanitas, qua me peregrinum hominem, obscensum  
 in umbra degentem, non fama, non bonè fortunè appri-  
 cantem, excepisti, ad colloquium admisisti, patienter  
 audivisti, scum quodam quasi prolubio animi optatos  
 voces reddidisti. Quid dum mecum volo audacior  
 iam ad te litterulis meis accedo, et per Virtutem, per  
 fidem (Amicorum Numen) oro obsecro obtestor, ut benivo-  
 lentiam illam erga me, quamvis non merear, conserves  
 diuturnam. Gustaviden. moam quantum per occupatio-  
 nes magnas licet vel in transcurgu percussas et  
 radiolum vel exiguum de scrinio solis tui poetici eidem  
 commodes, ut ubi demò limatior, ac locupletior (crescit  
 enim Poete animus cum Regis fortuna) prodierit  
 tuo quoq. iudicio asserta publice videntur. Mitto  
 namq. Violam primum Veris flosculum, quem ut inter  
 sacra, sacratis hisce diebus. Legas, iterum atq. iterum  
 oro. Verum si palato belgico non satisfacit; tibi asperio  
 vi ai sibi duripri quo talor herba nascuntur annumembri  
 non omninè fert omnia tellus. Bene Columba illa Franca;  
 In Batavis sœclor. est mediocribus esse Postis. Ut ut  
 est Viola nostra ob ipsam materiam in qua occupatus  
 tibi credo non displicebit. Sed dum te meis ineptijs ôcandi  
 dum peccatur obruo, Quid mirare, velim? mendicem carmine numum?  
 Non. testor Superos, meus est meruisse favorem.  
 Cetera facient Divi, ut vè faciant Dominus exulum nutritior  
 tanget condn illor. Vale Vir nobiliss. et hanc audaciam  
 meam bene interpretare. Lugd. B. Sab. in Albr 1632.  
 Tui Nobiliss. Virtutis Cultor V. Clemens.

Nobili et Amplius. Virro  
Dn. Constantino Huygensio  
Equ. Sereniss. Principis  
Auriculae à Consilio secreto.  
pibus etc. ad manus